

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Nunquam procrastinandum. Emblema III.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Numquam procrastinandum .

EMBLEMA III.



ALCIAT AE gentis insignia sustinet Alce,
 Vnguibus & unclv fert ἀναβαλλόμενος.
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
 Qui tot obiisset tempore gesta breui?
 Nunquam, inquit, differre volens. Quod & indicat Alce.
 Fortior hæc, dubites, ocyor anne fiet.

COMMENTARI I.

I. **D**EPINGATUR fera illa Septentrionalis Alce dicta, cuius prioribus vngulis inserta sunt hæc verba: ἀναβαλλόμενος. Alcen descripsit Plin. l. 8. c. 35. & Solinus cap. 32. Cæsar in Comment. belli Gallici lib. 6. Et quo commodius animal hoc depingi possit, ipsius Cæsaris verba apponam, quæ huius feræ naturam mirè explicant: Sunt, inquit, quæ appellantur Alces, harum est consimilis capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine

paulò antecedit, mutileq; sunt cornibus, & crura sine nodis, articulisq; habent: neque quietis causa procumbunt, neq; si quo afflictæ casu conciderint, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores procubilibus, ad eas se applicant, atq; ita paulum modò acclinatæ quietè capiunt; quantum ex vestigijs cum est animaduertum à venatoribus, quo se recipere cōsueverint, omnes eo loco aut à radicibus subruunt, aut accidunt arbores, ut tantum in summa

B 4 species

Alces descriptio.

species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine acclinauerint, infirmas arbores pondere affligit, atq; vna ipse concidunt. Hęc Caesar. Quę si quis cōferat cum Plinianis, facillē averter, ea tā facillē non posse cōciliari. Adde ex Plinio: Labrum ei superius pręgrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Idem ait & Solinus. Cęsar Alces dixit esse mutilas & sine cornibus, at vero Pausanias (Æliano de natura animalium testante) in supercilij cornua habere mares testatur, scēminas contra omnino carere. Retulerunt Germani quidam, eruditi homines, quę traduntur ā Plinio de Alce, veriora esse quā quę ā Cęsare. Is enim retulit aliorum quorundam, qui eam fortasse feram nunquam viderant opinionem: at eam esse, qualē Plinius descripsit, experientia constare. De fera ista præter iam dictos vide Gesnerum in opero illo volumine de animalibus.

II.
Alciati
rvm scho
m.

PRINCIPIS & patrię hætenus insignia quasi depinxit; nunc suę familię gentilitium stemma proponit & explicat. Alciatos enim ab Alce fera nuncupatos, ā fortitudine nimitū & diligentia cōmendabiles tacitē indicat, sumpto argumento ab Alces ferę natura, quę equi robore, certiti celeritate, & ni proceritas aut iū & certiticiis distingueret, iumēto similis haberetur, auctore Plu, lib. 8. cap. 15. Quod illustrat eleganti Alexandri apophthegmate, qui quaerenti qua tandem via tanta sibi adeo celeriter cōparasset, respondit (quod vnguib; Alces, insertum legitur) *μνδιν ἀναβαλλόμενος*, nihil differendo aut recitandando. Si quidem optima & accommodata belli comes est festinatio: quo fit, vt qui impetāt, quod rerum difficultates, quę nonnihil temōrando vltro sese offerunt, arcere fac. lūis possint, eō pede citissimo necesse sit properare. Sumptum est Emblemata ex Homeri Scholiaste 2. Iliad. vt annotauit Erasmus in adagio: *Nunctiuum forum in igne est*. Subscribam & Homeri verba, & scholiastes, quoniam in vtrisque non mediocriter subest documentum. Sic igitur inquit Nestor:

μηκέτι νῦν δὴ δ' ἄσθι λεγόμεθα, μνδιν
τι δῖον
ἀμβαλλόμεθα ἔργον, δ' δὴ δεδς ἰγυυα
λίξει id est.
Ne verbis tempus fugias, neq; tempore longo

Differamus opus, pulcherrima numerā Diuum.

Tum subiungit scholiastes: *στρατηγικὴ διδασκαλία, χρόνῳ εἶδεσθαι. ἕτε γὰρ παρελθόντα ἀνακαλίσσασθαι, ἕτε δὲ τῆσαντας λαβεῖν αὐτὸν δυνάμεθα. ἰρωτηθεῖς γὰρ Ἀλέξανδρος, πᾶς τῆς ἑλλάδος περιεργῶ. μνδιν ἀναβαλλόμενος, ἔπε. Id est. Militare stratagemata est. tempore parcere. Non enim aut prateuente horam reuocare, aut comprehendere possumus. Interrogatus Alexander, quo pacto Graciam superasset: Nihil procrastinans, respondit.*

ALCIATÆ gentis] stirpis, & familię Alciatę. Ingeniosē nomen suum ab Alce traducit, quamuis vetus familię nomen fuit Alzato, vt etiam constat ē carmine Poetę Bituricensis:

Non nos, sed nostros nummos Alzatus amabat.

Et in vetere editione Aufoniana apud Du. Pignorium, in qua cernitur autographia Cl. Viri, legitur hæc inscriptio. *Andrea Alzati liber est, et amicorum eius.* Ceterum Alciatus inualuit pro Alzato. Et forsitan in Emblem. 63.

Alceam veteres caudam dixere leonis. nonnulla est allusio ad cognomen eruditę immutatum.

Sustinet.] Præferet, sustentat, supra dixit, gessisse insignia.

Alce.] fera illa Gallica, de qua iam diximus.

Vnguib;] pro vngulis posuit, vngues enim sunt eorum animalium, quę digitos habent separatos; vngula vero eorum, quę digitis carent, quod pulchrē inuit Ouidius, Io ē bonis effigie in primam formam redeundem describens:

Vngula quę in quinos delapsa absumentur vngues.

Vngulam Alcis occulta proprietate Epileptiæ mederi ferunt: quid si etiā hic Alciatus his vngulis remediū animi pigri & retardantis adhibuerit, scilicet *μνδιν ἀναβαλλόμενος*, quo languenti animū erigit? Putare licet, affirmare vix auisim, *μνδιν ἀναβαλλόμενος*.] Nil procrastinans, nihil differens in aliud tempus, Alexandri apophthegma.

Fortior hæc.] nam ἀλκι, ἀλκῆς, fortitudinem significat, vnde videtur nomen hoc deductum.

III.
Alciatus
pro Alzato

Vngula
Vnguis

Vngula
Alcis

Alzato

Ocyor

Ocyor ante fiet.] Id est, an fortior, velocius sit Alce, dubium est. Plinius enim loco citato, ad insidias capi ait, alia memoranda velocitatis.

HOC Emblemata duo nos docet.

IV. Festinatio in re bellica. Alexandri festinatio.

I. Quanti momenti sit opportuna celeritas & diligentia, presertim vero in rebus bellicis, id quod Alexandri Magni exemplo palam facit. Eam enim ob rem Alexander ab omnibus ferme laudator, quod sua precipiti in rebus agendis cura & industria, Principum omnium celeritatem multis quasi studiis anteverterit. Narrant enim eum pedites sic instituisse, ut sua celeritate equorum cursum adaequarent: ipse ne quidem sibi parceret, noctes ut plurimum infomnes traduceret, seque crepitaculo excitaret, si quando somno corripere sentiret, quo maxime tempore vigilandum esse intelligeret. Itaque cum ab eo Darius impeteretur, maxime cōquerebatur, nullum sibi satis longū relinqui spatium, quo Alexandrum pro viribus, & ea qua prestabat animi contentione atque copiis, retunderet. Hoc enim precipue curabat Alexander, ut diu noctuque, magnis itineribus confectis, improvisam hostem offenderet, quem animū etiam adoleseens habuisse memoratur. Huic itaque cum Aristoteles diceret expectanda esse robustiorem aetatem, qua longē melius & opportunius ad res bellicas animum applicaret: Ut metuendum mihi est, inquit, ne dum annos expecto firmiores, audacem iuventutem interea mihi praeripi per incuriam patiar. Hunc Caesar imitatus, ardua quaeque quasi temere & sine consilio aggrediebatur, imo vero dicebat de ijs consultandum non esse, quod ad ea perficienda maximam vim celeritas haberet. Non praetermittam Aeliani locum de celeritate Alexandri in rebus conficiendis. Variæ hist. lib. 10. Alexander Philippi filius ter e c e c stadijs continuo itinere confectis, antequam quietem caperet exercitus, cum hostibus conflixit, & eos vicit. Αλέξανδρος τρίς τετρακόσια στάδια ἔρξῃς μεθ' ὅπλων ὀδοιπορήσας, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, κερὶν ἀναπαύσασθαι τὸ στρατόπεδον, ἡρώτησε τὰν ἰχθρῶν. Sic Seneca 1. Sualor. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi operae est adesse. Lidem sunt termini tui, regni, & mundi. Tempus est Alexandrum cum orbe, & cum Sole desinare, Quod

noueram, vici: nunc concupisco, quod nescio. Quae tam ferae gentes fuerunt, quae non Alexandrum posito genu adoraverint? qui tam horridi montes, quorum non iuga victor miles calcaverit? Ultra Liberi patris trophaea constitimus: non quaerimus orbem, sed amittimus, &c. Recte Flau. Vegetius lib. 4. c. 3. 1. in rebus bellicis celeritatem amplius solere prodesse quam virtutem. Huc facit M. Tullius 6. Philip. Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. Videram etiam quod idem habet Oratione de Pompeij laudibus, seu, ut inscribitur, Pro lege Manilia: Non enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur: labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo, &c. & deinceps: Unde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum initum putatis? non enim illum eximia vis remigū, aut ars inaudita quaedam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras per tulerunt, sed haec res, quae caeteros remorari solent, non retardarunt. Adde de Alexandro, nullam virtutem regis istius magis quam celeritatem laudari à Curtio, lib. 5. cum enim audisset regem Darium captum esse: In illo corpore posita est victoria (inquit Alexander) & tanta res celeritatis est praemium. Certè natura ea rex ille fuit, ut omnia facilius, quam moram perperiri posset. Monemur itaque hoc lepido carmine, maximaque pernici diligentia, & virium firmitate (quae duo aperte representat Alce) & assidua tam animi quam corporis cura & correctione feliciter absolvi. Nullus enim est repertus hactenus (nisi sit à fortuna quadam benigniores lactatus) qui absque aliquo labore improbo, constantiaque animi sit aliquam summam laudem consecutus. Citatur ex aliquo veterum: Αλέξανδρος μὲν τολμῶν, ποτὸν ἢ ἔργα ζόμενος, μήτε καθεήμενος ἐτυχε. id est: Alexander audendo, laborando, agendo, non desidendo, summam celebritatem consecutus est. Huic convenit illud Hesiodi lib. 2. ἔργ. μὴ δ' ἀναβλέσθαι ἐς τ' ἄυριον, ἐς τ' ἐννεφίην. Ad cras rem differre nocet tempus; suavia. Et Lucan. 1. bell. civil.

Virtutes imperatoria.

Julij Caesaris celeritas.

Tolle

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.
Cui affine illud Ouidianum:

Sed propterea, nec te venturas differ in horas:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Martial.

Non bene distuleris, videas quod posse negari.

Id vnum ex praeceptis Socratis refertur à

Xenophon. 2. *Ἐπιτηδεύματα*. Quid-


quid agas, promptissimè atque optimè &

diligenter age.

2. In rebus gerendis librandas esse cuius-
que vires, ex namque celeritati pares, &
contra celeritas viribus equalis esse debet:
alterum enim sine altero non multum po-
test afferre commodi, imo damna plerun-
que maxima, funestumque exitium hinc
consequitur. Facebant ergo coruinæ vo-
ces, & ad res gerendas iugi industria &
animi firmitate seriò accingamur.

In Deo letandum.

EMBLEMA IIII.



ASPICE ut egregius puerum Iouis alite pictor,
Fecerit Iliacum summa per astra vehi.
Quisne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, haec Maonius finxerit vnde senex?
Consilium, mens atque Dei cui gaudia praestant,
Creditor is summo raptus a deo Ioui.

COM-